Niuernenses discessit. Qua re cõperta Rex ꝯperato raptiꝫ
ex exercitu in Alacomum duxit. ⁊ expugnatis non magno
negotio plerisqꝫ munitionibꝰ ducem in deditioneꝫ accepit
Exin cõtra filium ꝑfectꝰ. Cũ ciuitates Niuernie delphinuꝫ
aduersus pr̄is imperiũ tueri nõ auderent eum vt a se abiret
rogauerũt. Ille ĩ Borboniũ se recepit nec diu post metuẽs
dux Borbonij regis iraꝫ filium patri reconciliauit. que res
fratri suo spurio haud bene cessit. Nam is paruo post tẽpe
captus in ꝓfluentem demersus violati paterni iuris in filiũ
penas dedit. Interiecta deinde nõ longa temporis mora
Rhenatꝰ e regno Sicilie ꝓpulsatus filiam suam Henrico
regi Anglie in mr̄imoniũ collocauit. haud abnuente fran/
corum rege q̄ eo cõiugio inducias belli sibi ac regno suo sa
lutares cũ Anglicis pluriũ annoꝝ obtinuit. Quibꝰ ꝯclusis
securus iã domi rex vt franciã militaribꝰ spolijs atqꝫ ĩcen⸗
dijs diu agitatam tantisꝑ sineret reqescere. delphinum cuꝫ
magna ꝑte copiaꝝ ad heluetias supra relatum diuisit. Ipse
cum reliquo exercitu in Lothoringeos ꝑfectus Metensem
Tulensemqꝫ agrũ vexauit. oppidũqꝫ non parui momenti.
qđ spinale vocãt dedentibꝰ oppidanis ab ecclesia Metensi
abstulit. Exin Franciscꝰ Aragonenś capto furtim oppido
foserii. qđ in Normãdia situꝫ in ꝑtate ducis Britannie fuit
duoꝝ potentissimoꝝ francie atqꝫ anglie regum iterrupisse
pacem visus est. De qua re dum missis vltro citroqꝫ legati
onibꝰ contendit. Flochetus nõ paucis equitibꝰ a rege fran
cie ꝓfectus q̄drigas foeno oneratas in quo milites armati
laterent ꝑ põtem arcis quo Sequana fluuius iungitur. qui
Normãnos a francia dirimit. e doctos rusticos educere
iubet. atqꝫ in medio pontis porteqꝫ arcis subsistere. Ipse ĩ
insidijs cum cohortibꝰ signũ expectauit. quo recepto cum
milites e foeno dilapsi portam inuasissent. trucidatis custodi
bus tam diu locũ tenuere. donec flochetꝰ ad volans ⁊ pon
tem ⁊ arcem in potestateꝫ recepit. Cuius rei ꝑcepto nũtio